THE SENTIMENTS OF THE Profeſſors *of* Phyſick, IN THE *Foreign Univerſities,* CONCERNING THE Operations and Method of curing the Diſeaſes incident to the Eye,

As practiſed by

JOHN TAYLOR,

Doctor of Phyſick, Surgeon, Oculiſt to his Majeſty, and Fellow of ſeveral Colleges of Phyſicians in foreign Parts.

LONDON:

Printed for T. COOPER, at the *Globe* in *Pater-noſter-row.* M.DCC.XLII.

(Price Six-pence.)

ADVERTISEMENT.

IN a few Weeks will be publiſhed, a Syllabus for a Courſe of Lectures, which will be ſhortly given by Dr. *Taylor*, at his Houſe next to the Chapel, *Great Queen-ſtreet*, *Lincoln's-Inn-fields*, on the Anatomy and Diſeaſes of the Eye, and of its contiguous Parts, with the ſeveral Operations as practiſed by the Doctor (and chiefly of his own Invention) neceſſary to their Cure, in the Order he has for many Years given them in the Univerſities abroad, and of which he lately gave a general Account in a Lecture at *Cambridge* and *Oxford*.

Wherein will be ſhewn,

A Method of curing the *Fiſtula Lacrymalis*, with almoſt every other Diſorder of the Lacrymal Canals, within a few Days, with little or no Pain, and without a Poſſibility of a Relapſe: — Of removing in a few Hours, without Pain, moſt of the Diſeaſes of the Borders of the Eyelids: — Of freeing the Eye conſtantly and without Pain from any external Inflammation: — Of taking away almoſt every Opacity from the outward Pellicule of the *Cornea*, without any painful Applications: — Of making an artificial Pupil or Hole in the *Iris* within the Axis of the Globe of the Eye, by which in certain Degrees of Light, perfect Sight (with the Aſſiſtance of Glaſſes) is reſtored: — Of Couching, or removing the

c 40295

Chryſtalline from the Axis of the Globe of the Eye, in every Species of its morbific Alterations, (all known under the Names of *Catdract* and *Glaucoma)* and in every State of each Species, by opening the Globe much below the Horizontal Line, and paſſing the diſeaſed Chryſtalline through an Opening made in the lower and poſterior Part of its Capſula, preſerving the fore part of the Capſula in its natural State; and conſequently the healthful Quantity of the aqueous Humour: The Globe this Way ſuffering little if any Loſs of its healthful Quantity, and the Nerves deſigned for the Service of the *Iris*, *Proceſſus Ciliares*, & *Ligamentum Ciliare*, not wounded, neither in their Progreſs or Extremities; all the Accidents which are from hence ſo frequently the Conſequence of the common Operation, are effectually avoided; and this not only with little, if any Pain, but (which cannot be ſaid of that Operation) without even a Poſſibility of a Relapſe.—Of removing the ſeveral Defects of the immediate Organ of Sight, where the Sight is only imperfect, called *Weakneſs of Sight*, as the *(Muſcæ Volitantes)* little irregular opake Bodies which appear to move before the Eye, &c.— Of curing almoſt every Defect of the immediate Organ of Sight, where Sight is totally loſt; the Eye maintaining its natural Beauty, known by the Name of *Gutta Serena*, except thoſe from certain Defects of the Brain. — Of reſtoring the natural Poſition of both Eyes,withoutPain, or the Poſſibility of any dan-

gerous

gerous Accident in one Species of that Defect called *(Strabiſmus) Squinting*. Of removing a great Variety of external Defects of the Eye, where Sight cannot be reſtored, with what other Improvements his large Practice, for ſuch a Number of Years, has enabled him to make.

The following is a List of the Works which Dr. Taylor *has wrote and published, or has ready for the Press.*

1 AN Account of the Mechanism of the Eye——*Octavo, English, printed in the Year* —— —— 1727

2 A Treatise on the Diseases of the immediate Organ of Sight—— *Octav. French* 1734

3 A Treatise of the Diseases of the Chrystalline Humour —— *Octav. English* 1736

4 A Treatise on the Make and Beauties of the Eye, with Figures—*Octav. Fr.* 1737

5 The same translated into *Spanish*——*Octav.* —— —— —— 1739

6 An Essay on the Actions of the Muscles of the Globe of the Eye— *Portuguese* 1740

7 An Account of the Case of the Eye, and Recovery of the eldest Son of the Treasurer of the King of *Portugal*—— *Octav.* —— —— —— 1741

8 His *French* Treatise on the Make and Beauties of the Eye —— *Portug.* 1740

9 An Account of the extraordinary Case and Recovery to Sight of the Eye of *Don A. de Saldania*, late Viceroy of the *Indies*, treated by him in *Portugal*—*Octav.* 1741

10 A Treatise on the Anatomy of the Globe of the Eye, with Figures: *In the Press and will shortly be published* — *Octav. English*

11 A Treatise on the Strabismus, or Squinting; with Variety of Figures: *Which will shortly be fit for the Press* —— *Latin*

12 A

12 A Syllabus of a Courſe of Lectures, with a Diſcuſſion of all the Diſeaſes of the Eye: *Now in the Preſs* —— *Octav. Latin*

And laſtly, A whole Courſe of Lectures on the Eye, and its Diſeaſes, as he has ſeveral Years given in the Univerſities abroad.

Every *Monday* Morning between the Hours of Nine and Eleven from *Monday* the 15th of this Inſtant, *November*, Dr. *Taylor* will treat ſeveral Perſons for Diſorders of Sight: On theſe Occaſions the Preſence of the Gentlemen of the Faculty and Perſons of Diſtinction will always be agreeable to him.

The Day will ſhortly be fixed for beginning his Lectures, of which Notice will be given.

Joannes Rudolphus Zuingerus, Phil. & Med. Doctor, Pract. Professor, facultatis Medicæ Basiliensis, nunc temporis Decanus Lectori salutem.

UT Alimenta sanis corporibus Agricultura, sic Sanitatem Ægris Medicina promittit; est tamen Chirurgiæ Effectus inter omnes Medicinæ partes evidentissimus. Hujus nobilissimam Partem constituit Ophthalmiatria; ingentibus enim & variis casibus Oculi nostri patent. Qui cum magnam partem ad vitæ simul & Usum, & Dulcedinem conferant, Summa Cura tuendi sunt. In hac præclara Medicinæ parte, nostro judicio, omnium aliorum Conatus, & Studia superavit Vir illustris atque excellentissimus *Joannes Taylor*, Anglus, viri nobilissimi & præclarissimi *Joannis Taylor*, Medicinæ Doctoris excellentissimi Filius; imo quod fidem pene superat, omnes, qui per Orbem florent, aut jam ante floruerunt, Medicos Ocularios, sive Ophthalmiatros, juvenili adhuc ætate longis parasangis post se relinquit. Suumque in hoc Studio singulare ingenium, miram solertiam, indefessum Laborem, Peritiam & dexteritatem incomparabilem, non verbis, aut Ostentatione humanâ, sed reipsa quotidianis per

totum Orbem experimentis, ad ſummam omnium Admirationem, probatam ac teſtatam reddit, plane, ut magno Supremi Numinis beneficio ad hanc excolendam & perficiendam natus eſſe videatur. Quem proin magno ſuo merito jam in variis illuſtribus Academiis honorifice aſſociatum, cum hiſce diebus paria apud nos Virtutis & Eruditionis, præcipue autem Ophthalmiatriæ admirabilis, Specimina in Conſpectu noſtro edidiſſet digniſſimum ordo noſter cenſuit, qui in Societatem facultatis noſtræ Medicæ Baſilienſis cooptaretur, quod quidem Rectore viro magnifico Domino Emmanuele Konig. Phil. & Med. Doctore, Theor. Profeſſore, hodie in frequenti Doctorum Conventu, more a majoribus accepto, factum eſſe, ipſumque adeo Muſis noſtris Apollineis Baſilienſibus legitime aſſociatum, hiſce præſentibus litteris conſueto Facultatis noſtræ ſigillo munitis, & manu propria Decani ac Notarii Academici ſubſcriptis teſtamur: hunc novum illuſtrem ſocium Collegio noſtro gratulamur; ipſum præſentem, ut ſodalem exoptatiſſimum, & collegam honoratiſſimum complectimur; abſenti fidem, amicitiam, & cultum officioſum ſempiternum ſpondemus ac pollicemur. Faxit Deus ter Optimus Maximus, ut nobiliſſimæ Arti majora indies incrementa addat, ipſamque ad ſummum inter Mortales faſtigium perducat; ſic ut Studia, & Labores ipſius ad cœleſtis Archiatri gloriam & humani generis ſalutem, porro quam cumulatiſſime redundent, ſummaque ipſius merita cum immortali nominis fama ad ſeros uſque poſteros propagentur. Datum Baſileæ Die vigeſimo ſexto Octobris Anno 1734.

Jo. Rud. Zuingerus, Ph. & Med. Doctor, Pract. Prof. nunc temporis Tar. Med. Decanus.
Georgius Schatzmannus, Imperiali Auctoritate, & Academiæ Baſilienſis Notarius juratus in fidem.

Engelbertus

Engelbertus Werden, Philosophiæ & Medicinæ Doctor, & professor publicus ordinarius, inclytæ Facultatis Medicæ Coloniensis pro tempore Decanus, Lectori Salutem.

EX unge Leonem, ex opere cognoscere licet Artificem. Et Oculi artificiales prout in Statu præternaturali sunt constituti, affabre concinnati, & ad vivum expressi, ac dexterrime in Visus organo diversimode affecto, susceptæ Operationes evincunt Dominum *Joannem Taylor* Virum Britannum possidere verum Systema Artis, quam profitetur. Accedunt his fundamentis opticis, & mechanicis innixæ demonstrationes evidentissime, pulcherrimus instrumentorum Ophthalmicorum Apparatus, frequentissimo & Ætatem superante Usu comprobatus, firma in operando Methodus, Manus ad quoscunque casus aptissima, in Medendo celeritas, exacta affectuum cognitio, Vera & Methodica plane tam sani, quam male affect. Oculi Theoria, quam non vana & inanis in discursu Ostentatio, sed justa & secura in operando praxis omnium Oculis exponit, Virorum in Arte peritorum, & magnatum encomia & testimonia, libri jam editi, jam edendi Ophthalmographi, indefessum viri Studium, & Applicatio indies nova, in utilissima hac generi humano Scientia inventiones & eximiæ, quas indecantatissimo hoc Ophthalmiatro observare licet, manus & ingenii Dotes. Insignibus hisce Talentis atque experimentis adducti, & celeberrimo Universitatis Basiliensis, diversarumque exterarum celebriorum Academiarum, quæ eundem sponte in album suum retulerunt, exemplo invitati, nos pariter præfatum Dominum *Joannem Taylor*, excellentissimi quondam Medici *Joannis Taylor* Filium, in gremium nostrum recipimus, in Collegium nostrum adoptamus; & ut honoratum

 nostrum

noftrum Collegam abfentem, tamquam præfentem, admittimus: ea tamen lege ut fi qua nova in Ophthalmographia folita fua felicitate detexerit, in memoriis erga Facultatem animi teftimonium & boni communis Emolumentum, dictæ Facultatis communicare non gravetur. Gratulamur proinde Viro huic dexterrimo, & dum novos indies in Arte, & fcientia fua theorica,magis vero in practica progreffus orbi appromittit luminis defectu laboranti, ut fperare licet, felices pariter illi apprecamur Succeffus, qui & ægrotantibus fint falubres, & medenti proficui. Ut cuilibet vero de hoc noftro erga Dominum *Taylor* affectu, ejufdemque in Facultate receptione conftet, a congregatis Dominis Decano fuit commiffum, ut præfens hoc inftrumentum manus fubfcriptione, & figilli appofitione muniat, atque univerfitatis Pedellus ordinarius fubfcribendo corroboret. Hæc ita gefta in Facultate Medica Coloniæ Ubiorum die fecunda Maii Anno millefimo feptingentefimo trigefimo quinto.

Engelbertus Werden, Med. Doct. pro tempore Decanus M.

Ad fpeciale mandatum fubfcripfi ego Benedictus Dapper Notarius Apoftolicus, & Cæfareus almæ Univerfitatis generalis Studii Colonienfis Pedellus, feu Secretarius juratus.

In Nomine Jefus Chrifti. Amen.

UNiverfis & fingulis has præfentes litteras infpecturis, lecturis, & audituris, nos *Gerardus Lefilz*, in alma Archiepifcopalis Civitatis Remorum Academica faluberrimæ facultatis Medicinæ Doctor, Profeffor Antonianus, Medicus Regis, & Decanus falutem & pacem ineo, qui eft omnium vera Salus. Æquum & rationi confentaneum eft, ut qui multis laboribus, & vigiliis, fummoque Studio bonas didicerunt

dicerunt Artes, præmio aliquo ſuis meritis digno donentur, ac præ cæteris hominibus & dignitatibus exornentur, ut quod jure optimo meruerint, accipiant; tum ut cæteri, qui bonis quoque Artibus inſudarunt, videntes tot tantaque præmia dignis ac peritis propoſita, ipſi ad Studia magis magiſque quaſi ſtimulis quibuſdam excitentur. Cum igitur nobilis Vir D. Anglus *Joannes Taylor*, Baſilienſi Facult. Med. in Medicina Candidatus, Divina ſibi aſſiſtente gratia, in ſalutari Arte Medica multum profecerit, Studia excolendo, diſputando, cæteroſque Scholaſticos actus ſolenniter exercendo, ejus eximia eruditione una cum Medicinæ Doctoribus, Regentibus, & Profeſſoribus D. *Simone Hedovin*, Prof. Anton. D. *Henrico Joſepho Bernard*, Prof. Shchol. & D. *Petro Joſhet*, Prof. Anton. ad hanc Provinciam a facultate Medicorum deputatis, commoti, eum pro conſuetudine ſupplicantem excepimus de ſingulis Medicinæ partibus accurate & ſevere examinandum; in cujus examinis fine Hippocratis Aphoriſmum, ſibi a nobis extempore propoſitum, ingenioſe interpretatus eſt, factaſque a nobis Objectiones omnes argutiſſime diſſolvit, unde Baccalaureatus gradu a nobis cohoneſtatus. Theoremata aliquot in Medicorum Auditorio probanda & diſcutienda recepit, quibus pro Facultatis voto cum abunde ſatisfecerit, uno mutuoque conſilio dicta Facultas præfatum D. *Joannem Taylor* Anglum dignum eſſe judicavit, qui Medicam docendi, legendi, dubia interpretandi, praxim exercendi ubique terrarum licentiam conſequeretur; atque his pro more peractis, ſingula diligentius expendens ſaluberrima Facultas, Dominum *Joannem Taylor* Anglum, jam medicum in Medicina Licentiatum, poſt legitimum certamen aurea & bravia donandum eſſe decrevit. Quamobrem clariſſimus & eruditiſſimus Vir, D. ac M. *Pet. Joſ.* Profeſſor Ant. in illo præſenti actu præſidens, unanimi conſilio, & dictæ Facultatis omnium

omnium Doctorum ibidem affidentium Affenfu, eundem dictum Dominum *Joannem Taylor* nobilem Anglum, in laborum & virtutum præmium, ornamentis doctoralibus ex conceffa fibi Facultate infignivit; ac fervatis prius debitis & folitis folennitatibus, præmiffoque & recepto fuper facrofanctis Dei Evangeliis jurejurando, Medicinæ Doctorem fecit, nominavit, declaravit, imponendo capiti ejus pileum doctoralem : Deinde Medicinæ libros apertos ei tradidit, mox claufos, tandem eum in Cathedra magiftrali federe fecit. Zona præcinxit, Annulo Aureo nomine præftantiffimæ & faluberrimæ Medicinæ adornavit, pacis amorifque Ofculum ei tribuit, omnibufque ac fingulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, honoribus, & indutis aliis quocunque nomine cenfeatur, juxta formam continentem vim & tenorem Statutorum, ac Privilegiorum Academiis conceſſorum, nec non fupremæ Curiæ decreta eum frui & gaudere permifit. Sic fumma cum Laude, & Honore plurimo, nobilis Vir Dominus *Joannes Taylor* nobilis Anglus ad apicem Doctoratus afcendit. In quorum omnium & fingulorum præmifforum fidem & teftimonium, hafce præfentes Doctoratus litteras, vim publici inftrumenti habentes, confici, typis excudi, & expediri mandavimus, & magni Facultatis figilli Appenfione communi voluimus communiri, hifque cum Collega noftro fubfcripfimus. Datum & actum Remis in Antonianis Medicorum Scholis, Anno Domini millefimo feptingentefimo trigefimo quarto, die vero fexta Decembris.

Gerardus Lefilz
Di. Dedouin Collega.

Nos

Nos Præses, Præfectus medici, & Assessores Collegii Radicorum Leodiensium sub invocatione Sancti Lucii.

UNiversis & singulis præsentes visuris, lecturis, & audituris salutem. Notum facimus nobilissimum Dominum *Joannem Taylor*, Basil. Medicinæ Doctorem, uti ex Patentibus in Academiis Colon. *&c.* nobis exhibitis apparuit. Quapropter prædictum nobilissimum Dominum *Taylor*, *&c.* in societatem docti nostri Collegii Leod. aggregamus, & per præsentes in numerum eorundem Medicorum admittimus. Hasque præsentes patentes a Grasiaro nostro subsignari, sigilloque nostro muniri mandamus. Dat. in Aula Collegii nostri Leodiensis anno millesimo septingentesimo trigesimo quinto, Mensis Aprilis die vigesima. *Gulielmus Clermont*, Secretarius juratus in fidem.

PAuperibus auxilio in hanc Civitatem D. *Joannem Taylor*, Ocularium Medicum, natione Britannum, feliciter venisse astruo; qui coram me, omnibusque fere meæ facultatis personis multas confecit operationes, tam in viris, quam fœminis cujuslibet ætatis, nobis ad hoc primum ab illo convocatis; & cum primo secundoque die dictis operationibus adessem, illum tam in praxi quam in theoria acutissimum, agillimum, sapientissimumque existimavi; namque, cunctis videntibus, una seorsimque partes oculorum structuram componentes indicavit, simulque non solum quæ visus usum præstant, sed etiam quæ sit specialis, ipsumque eliciat intelligere. Quapropter per ea, quæ vidi, mihique certa facta sunt, in sua facultate eximium singularemque mihi videtur; sic sub mei gradus jurejurando

jurejurando affirmo. Conimbricæ die nono Septembris, 1738.

Doctor Emmanuel dos Reys, & Sousa, D. N. Jesu Christi Eques professus, in Medicinæ facultate Lector Vesperarius Jubilatus, Primariusque actualis in hac Universitate Conimbricensi.

CUm eodem tempore supra dictis operationibus, aliisque a D. *Joanne Taylor* Britanno mirabili dexteritate, sublimi acumine, incredibilique agilitate factis interessem, in Optica scientia peritissimus, perfectissimus, eminentissimusque mihi visus est; necnon in omnibus infirmitatibus ad dictam scientiam pertinentibus, præcipuæque laudis dignissimum judico: Magna igitur cum ratione de illo affirmare possum, quod in principio libri ab eodem Gallico idiomate compositi ipse testatur: *Qui dat videre, dat vivere.* Omne relatum (si opus est) sub gradus mei juramento certiorem facio. Conimbricæ decimo Septembris. 1738.

Doctor Joannes de Affonseca, Lector Vesperæ Jubilatus, Primæque æquiparatus, Ordinis Christi Eques professus.

IN medendis omnibus oculorum infirmitatibus, ut albugines, caligines, argemata, &c. certe insignis est D. *Joannnes Taylor* Britannus, in tali loco opera, quæ magna afficiunt admiratione, faciendo, ad quod plurima idoneaque instrumenta, quæ portat, illi multum prosunt, præter Opticæ facultatis peritiam, cui ab incunabilis diligentissime incubuit; namque ab omnibus D D. de hac materia agentibus astruitur, optimos Ocularios in partibus ad visum necessario requisitis, aliquas manuum operationes facere pertimescere; sed jam de tanti viri singulari scientia non dubito, cum ejus admirabilium factorum ipse sim testis, pro quibus maximus

illi

illi honor, eximiaque laus nullatenus denegari poteſt, quod, ſi neceſſarium eſt, ſub gradus juramento affirmo. Conimbricæ decimo Septembris 1738.

Doctor Benedictus Gomes dos Santos, Ordinis Chriſti Eques profeſſus, Cathedræque Lector.

SI ex operibus ſuis homines cognoſcuntur, nullis D. *Joannes Taylor* teſtimoniis eget, ubi ſua facta tam præclariſſima elucent, qui inexplicabili agilitate, ſubtiliſſimaque, qua utitur, dexteritate, illa, quæ viſui obſtare poſſunt, mira eruditione removet; & ſi *oculus* idem eſt quod *occultus*, vel quia palpebris tegitur, vel quia per ipſos omnia nobis manifeſtantur, D. *Joannes Taylor* mihi omnibuſque meæ facultatis profeſſoribus præſentibus, adeo partes omnes, e quibus oculi fabrica conſtat, manifeſta exhibuerit, ut nihil nobis abditum, incognitumque relinqueret, merito igitur Ophthalmicorum omnium Princeps qui ab omnibus nuncupetur dignus eſt, quo nomine in principio libri de Optica ſcientia ab ipſo Gallica lingua compoſiti optimo jure nominatur; pro quibus, aliiſque jam a Magiſtris meæ facultatis relatis, eximiæ laudis, & honoris mihi digniſſimus eſſe videtur, quod jure jurando confirmo. Conimbricæ decimo Septembris 1718.

Doctor Emmanuel Simoens Pinheiro, Cathedræ de methodo medendi Lector.

Emmanuel Diaſius Ortegaon in regali inſignique Univerſit. Conimbricæ Medicinæ Doctor, Chirurgiæ Cathedraticus, &c.

AD hanc Conimbricensem Universitatem ut D. *Joannes Taylor*, Britannicæ Majestatis Physicus Ocularius, jam in Anglia insignitus, Nobilissimi, Sapientissimique *Joannis Taylor* Medicinæ Doctoris filius pervenit, Lectores, Medicinæque facultatis Doctores statim petiit, quibus multas diversasque epistolas, & testimonia Universitatum, Collegiorum, & Societatum in suorum operum fidem, & laudem inspicienda obtulit; sed omnia superflua mihi visa sunt, ubi ejus incomparabiles singularesque operationes tam præclarissime nitent. Ipse eum multoties, postquam hic detinetur, glaucomata, allugines, hircorum fistulas, nebulas, aliosque oculorum morbos mirabili felicitate medentem admiratus sum, illumque ad omnem oculorum languorem, licet difficillimum, sanandum idoneum judicavi, Auctorumque dogmata, qui hujusmodi operationes absque periculo nullatenus fieri posse dicunt, falsa esse cognovi, nam totius ætatis & utriusque sexus innumerabiles personas speciali modo hactenus ab Oculariis Doctoribus non descripto sapientissimus *Taylor* mirabiliter sanitati restituit, quorum ego sum testis, & in libro, cui titulus: *Mechanismus, seu novus tractatus de Anatomia oculi sphæræ*, ab eodem composito *Parisiis* anno 1737. cum privilegio Christianissimi Regis speciali honore concesso *Versailles* nono Septembris 1737. à *Michaele Stephano David* Gallica lingua typis mandato, videri potest. Quod opus visus, ejusque diversorum Phœnomenum Opticam descriptionem, veræ strabismi causæ, volantium muscarum explicationem, fixum cataractæ, glaucomatisque locum, exactissimumque novarum Auctoris operationum distributionem continet, minori periculo, majorique certitudine, ut toto tempore fieri possint, suadendo. Vigesimo quoque sexto in capite *pag.* 209. centum quæstiones, utrum choroides, seu retina sit immediatum visus organum demonstrantes,

demonſtrantes, cum multis ſuper diverſarum guttæ ſerenæ ſpecierum natura obſervationibus, omniumque oculi ſphæræ, proximarumque partium morborum deſcriptionem ſcripſit. Catalogum inſuper adjunxit Auctorum de oculorum languoribus agentium, librumque admirabilibus quinque torulis, quod in toto opere Auctor docet, multis, ſpecificiſque figuris monſtrantibus exornavit, quibus omnes, qui hactenus de Optica ſcripſere, ab hoc inſigni viro præſtatur, ſingulariſque manet in ſyſtemate, quod optimis fundamentis, multiſque experimentis, contraria refutando ſequitur. Quæ omnia tanto gaudio, & admiratione legi, quantus eſt mihi dolor ejus opera, ſcilicet; *Oculi mechaniſmus, aliquarumque ejus infirmitatum*, *Londini* anno 1727 impreſſus: Et *Tractatus immediati organi viſus*, *Pariſiis* anno 1735. necnon *Tractatus morborum humoris cryſtallini vel cataractarum, & glaucomatarum*, impreſſus *Londini* anno 1736, non videndi: ingentique ſpe cupio promiſſis *capite* 19, ſui libri *pag.* 90 factis, completum morborum immediati organi viſus tractatum, in lucem edendi, maneat. Quos omnes tales fore credo, qualem hunc, cujus lectionis fuit mihi felicitas, eſſe video.

In laudem hujus eminentiſſimi viri ſatis liber ſuus eſt, cum quo poſtquam multoties egi, illum omnes Univerſitatum atteſtationes ſupereminentem, cunctorumque Opticæ ſcientiæ hactenus Scriptorum maximum judicavi, quod ut in omnium notitiam pervenire poſſit, præſens teſtimonium dedi, juramento confirmans. Conimbricæ 11 Septembris 1738.

Doctor Emmanuel Diaſius Ortegaon, Chirurgiæ Lector.

SI D. *Joannis Taylor* Majeſtatis Britannicæ primi Medici ocularis, peritiam laudare vellem, mihi verbum unum ſatis eſt, Magiſtrorum, ſociorumque meorum ſententiis ſupra relatis

aſſentiendo,

assentiendo, cujus laudes hic repetitas suppono, hicque solum proloquium criticorum locum habere intelligo: *Habeat repetita leporem.*

Quamvis vero in summo Rhetorices termino per intentionem encomia crescere possint, est tamen aliquid incrementi ea decantandum linguarum multiplicatio; nam magni Cæsaris elogia Oratorum, qui ejus laudibus incubuere, multiplicitate additamenta habuisse vidimus, cum in laudibus Alexandri legamus: *Siluit admiratione terra in conspectu ejus.* Sed in tot, tantisque rebus jam animus nullatenus connivere potest.

Sicut in corpore optima pars (ut aiunt Anatomici) est oculus, ita Dominus *Joannes Taylor* omnes ingenio, & subtillitate, quæ ejus infirmitates, eclipsesque sanat, Anatomicos præstat, cum (teste Aristotele) inter professores, scientiæque objectum, cui bene incumbunt, nihil intersit.

Cumque Ocutinii, Senezique opinione *Naturæ philtrum* oculus appelletur, Ophthalmoscopiæ admirationem D. *Joannem Taylor* ipsorum luminum insignem speculatorem procul dubio esse dicere valemus.

Si mihi in mentem venerit brevis mundi, Auctorisque invisibilis visibilem filium Ægyptios oculum nuncupare, etiam mihi subit Aquilam Solis filiam, quæ in hac Optica scientia radios bibit, lucesque discriminat, D. *Joannem Taylor* esse publicare.

Altera ad hanc rem est Platonis opinio, cœlestem particulam e Cœlo allatam esse oculum intelligentis, unde mihi D. *Joannem Taylor* acumine, & agilitate, qua cœlestem hanc partem discriminat, terrestrium Anatomicorum sphæram transcendere occasio est dicendi.

Cum verborum varietate, quibus lumina nominavit, veluti sol corporis, organum lucis, ob quem cerebri metropolis, unde oritur, fabricata fuit, ipse Galenus fluctuare videatur; de laudibus D. *Joannis Taylor* in operationibus, & medicinis ad ipsa pertinentibus singularis quid dicam?

Si

Si materialium ſpeculorum fabricatores, eorumque macularum purgatores R. P. Feijo in ſuo *Theatro Critico* tot laudibus extollit, quot D. *Joannem Taylor* animati, naturaliſque ſpeculi corporis humani oculi labes auferentem dignum non arbitraretur?

Sed jam lintea contrahere volo, ſolumque *Eccleſiaſtici* verba repeto: *Diſciplina Medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatum collaudabitur.* Per omneque tempus illorum Poetæ carminum recordabor.

Namque ego non alio me vellem tempore natum;
Quam quo contingit tam docto ore frui.

Quandoquidem inclyti Herois D. D. *Joannis Taylor* tam maxima facta videndi fuit mihi facultas. Hoc judicium meum, quod ſi opus eſt, ſub juramento affirmo. Conimbricæ 13. Septembris 1738.

Doctor Amarus Rogeiro da Coſta, Ordinis Chriſti Eques profeſſus, Medicinæ Lector, &c.

POſtquam evidentiſſimas anatomicas indicationes, breves, ſecuras, feliceſque operationes a Nobiliſſimo, Sapientiſſimoque Viro D. *Joanne Taylor* in perſonis oculorum morbo laborantibus factas vidi, non ſolum Excelſi Angliæ Regis Phyſicum, ſed etiam excelſum, eminentiſſimum, ſelectiſſimum, ſingulariſſimumque, tam in practica quam in theorica Ophthalmium abſque dubio judicavi, eximiumque Medicum eſſe affirmo; nam, ut inquit *Hippoc.* 6. *Epidem. ſect.* 4. *Imo & totius corporis, ut enim valent oculi, ita & totum corpus.* Sicut ergo is Medicinæ fons profeſſorum omnium opinione vocatur, oculoſque tam lynceos habuit, ut omnia viderit, ſcripſerit, & docuerit, ita etiam, qualem novam Ophthalmoſcopiæ fontem Dominum D. *Joannem Taylor* tantam oculorum aciem præ cunctis poſſidere, ut omnia videns nebulas, quas non deſtruat, albugines, quas non luminet,

luminet, fistulas, quas non sistat, læsionemque oculorum, quam not auferat; intueri non possit, affirmare non dubito.

Quare tot, tantisque, quorum ipsi cæci luci restituti testes sunt fidelissimi, visis, Magistri sociique mei obstupefacti sunt.

Denique hujus insignis viri facta liber, quem composuit, per totem orbem divulgabit, cui potius quo ab Auctore nominatur, titulus ab Apelle Protogenis picturæ positus: *Ingens labor, ac mirandum opus*, conveniens est.

Plura de hujus viri præclarissimis dotibus dixissem, si omnia pro ejus meritis exigua non intelligerem; sed voluntas pro factis reputari potest, ut inquit Poeta: Æquiparat factis nobile velle bonum. Hæc mea sententia, quam juramento firmo. Conimbricæ 14. Septembris 1738.

Doctor Joannes Duarte de Fonseca, Lector, & Conductarius.

HUjus loci obligatio me aliquid de oculorum structura, eorumque usu dicere impellit.

" Usus oculorum duplex est: Brutis, ut tam-
" quam speculatores fugiant, quæ nocitura videntur,
" & quæ utilia sunt, prosequantur: est divinior al-
" ter oculorum usus soli homini proprius, rerum
" cognitio, Dei invisibilis contemplatio per ea
" quæ visibilia sunt. Utraque ratione ad vitæ si-
" mul & usum, & dulcedinem conferre creditur
" oculus.

Hic oculorum admirabilis usus. Sunt etiam tamquam speculum, per quo amor, ira, furor, misericordia, & vindicta cognoscitur, quapropter naturæ speculum ab Orpheo (ut inquit Andreas Laurentius) denominantur his verbis: *Orpheus oculum naturæ speculum vocat.*

Cum

Cum autem hæc ſit oculorum admirabilis virtus, nullus eſſe homo, qui nec per illorum uſum, nec per ſpeculi virtutem, in quo tot mirabilia videntur, manualibus operationibus oculos ſubjicere velit, videtur, ne forte viſus partem, quam habebat, amittat. Sed ipſius oculi fabricam videamus, artificibuſque oculariis majores difficultates inveniemus.

" Totum oculi corpus muſculis ſex, tunicis " ſex, tribus humoribus, duobus nervis, venis, " & arteriolis quamplurimis, adipſe copioſo, vari- " iſque glandulis conſtituitur.

Hæc oculi, ejuſque partium compoſitio, locus tam anguſtus, ut nullus eſſe Ocularius, qui eos inſtrumento penetrare, omneſque eorum infirmitates ſine partium illos componentium, viſuique ſervientium offenſione ſanare poſſit videatur. Inſignis eſt vero Ophthalmicus, videlicet Dominus D. *Joannes Taylor* Britannicæ Majeſtatis Medicus, qui ad hanc Univerſitatem Conimbricenſem cum perveniſſet, Magiſtros meæ facultatis protinus quæſivit, cumque ſuis operationibus inter aſſiſtentes unus eſſem, multiſque tam viſus defectus habentibus, quam illo penitus carentibus curationibus factis intereſſem, eum oculos inſtrumento abſque partium illos componentium minima læſione, imo potius maxima ſecuritate, & ſapientia penetrare vidi, quibus cum admiratione perſpectis, ipſum præ magna agilitate, nullas manuum operationes timentem omniumOculariorum eſſe maximum, necnon oculariæ anatomiæ (nam coram me, omnibuſque profeſſoribus unitas, ſeparataſque partes oculum componentes ſignificavit) perfectiſſimam cognitionem habere judicavi, inſignemque Medicum eſſe cognovi, velut ille, qui hominem, ejuſque ſtructuram perfecte intelligit, ſicut *Hypoer* in *lib. de veteri Medecina* teſtatur per hæc verba: *Non eſt poſſibile artem medicam ſcire, qui non novit, qui ſit homo, & quomodo ſit inſtructus.* Quæ verba huic inſigni Ocular̄io ſolum dicta eſſe

videntur;

videntur; ægrotos namque tam ſapientiſſime, antequam ad manuales operationes ingrederetur, ſcit preparare, poſteaque tam præſentanea, congruentiaque remedia eiſdem applicare, ut non ſolum, qui eximius Ophthalmicus, ſed etiam egregius Medicus appelletur dignus ſit.

Ex diligentiſſima etiam ſolicitudine, qua meæ facultatis Magiſtros, cum primum ad hanc pervenit Univerſitatem, quæſivit, ut ſuas operationes exerceret, ſapientiſſimum eſſe intellexi, ita namque idem *Hypoer* docet. Nunc brevi in Curiam profecturus dicitur, ubi artis Apollineæ profeſſores eadem horum factorum admiratione, qua hujus Univerſitatis Academicos, affecturum eſſe credo; dumque ſolos ſapientes, ut ſuorum operum ſint teſtes, addit ejuſdem *Hypoer* præcepta faceſſit dicentis:

" Sacra ſacris hominibus communicanda, pro-
" fanis vero nefas, priuſquam ſcientiæ myſteriis ſint
" initiati.

Quibus de rebus, aliiſque a Dominis meæ facultatis relatis, D. D. *Joannem Taylor*, inſignem Medicum, Ophthalmicorumque maximum indico, quod, ſi opus eſt, juramento gradus confirmo. Conimbricæ decimo ſexto Septembris 1738.

Emmanuel Carvalho, Lector Conductarius.

SUpervacaneum certe videtur quod manifeſtum eſt atteſtari. Cum vero D. *Joannis Taylor* Ophthalmici, Anatomici ſcientia, cujus ipſi infirmitatibus oculorum laborantes, quos ille ſuis operationibus tam in hac, quam in omnibus hujus, aliorumque regnorum terris, quo pervenit, ut fama eſt, ſanitati reſtituit, veri ſunt præcones, manifeſta, & perſpicua ſit, nullis, ut fidem habeat, teſtimoniis opus eſt. Hic cum multa, quæ potius miraculi, quam artis humanæ vi, fieri videntur exercentem,

necnon

necnon oculi fabricam, illa, qua ſolet, perſpicuitate, officium uniuſcujuſque partium ipſius oculi componentium, uſumque omni claritate exponendo pingentem vidi. Quibus omnibus una cum Dominis Magiſtris meis retro ſubſcriptis præſto fui, omneque ab illis in ipſius D. *Joannis Taylor* laudem relatum exiguiſſimum mihi videtur, quod, ſi neceſſarium eſt, ſub juramento confirmo. Conimbricæ decimo ſeptimo Septembris 1738.

Doctor Alvarus Antunes das Neves.

ALiquod inſigne factum exequentibus non ſolum ut poſteris ſtimulus eſſent, ſed etiam ut illorum fama in perpetuum conſervaretur heroas antiquitas erigebat. Quamvis vero illo tempore Doctor D. *Joannes Taylor* non floruerit, propter tamen librum ab ipſo compoſitum, Pairſiiſque impreſſum, oculorumque infirmitatum manuales operationes, quas ſublimi ingenio, magnaque ſubtilitate operatur, optimum ſibi ſimulachrum evehere, nomenque ſuum immortalitati præclariſſimis factis, libroque ſuo, cujus literæ Auctoris maxima elogia poſteris imitandi divulgabunt, commendare ſcivit.

Encomia vero de magno Doctoris *Joannis Taylor* ingenio, & ſubtilitate componere cupiens, ſilentium meliorem hujus viri factorum panegyriſtam eſſe judicavi, qui primi optimique Medici Ocularii titulo jure nominari debet. Hoc cæteraque in teſtimoniis jam relatis expoſita, ſub mei gradus juramento, ſi opus eſt, affirmo. Conimbricæ decimo ſeptimo Septembris 1738.

Doctor Antonius Amado de Brito, Conductarius.

SI voluntatis juſſo aliquando calamum meum repugnantem conſideravi, in hàc ſola potuit eſſe occaſione, in qua illum D. *Joannis Taylor* peritiam atteſtandi ſublimi munere cerno juſtiſſime preſſum; nam illius volatus tranſcendunt ii, quibus fàma hunc peritiſſimum Heroa mihi tam inſignem in oculi anatomia notum, ut minime gentium in elogiis poſſit comprehendi, in ſummo laudis vertice collocatum habet.

In Optica quærùnt Mathematici, an viribus naturæ cæcis viſus reddi poſſit, poſſibileque omnes judicant cum magno Miliet Dechales; ſed tales huic naturæ, artiſque miraculò adjunctæ dicuntur eſſe circumſtantiæ, ut ad practicam illius deductio omnino impoſſibilis exiſtat. Hoc vero admirandum portentum felici adventu D. *Joannis Taylor* noſtra vidit Academia factum; nam viſus poſſeſſionem cæci recuperarunt, unumque ſolum in præfati Domini operationibus defecit, quo magis ſuam dexteritatem ſuperextollit & demonſtrat, quia viſum reddendo, nunquam communium effectuum penitus immunium inſenſibilitatem cognoſcendam illum dare potuit. Uno dicam verbo, tanta hujus eſt peritia viri, ut ſibi tantummodo competere queat, quod ſuo Trajano alia intentione dixit Plinius.

Neque per aliud, quam per ſuas publicas operationes, quæ magna Europæ cum admiratione, ſtuporeque toto mundo nocent, nam mihi patet ejus famam etiam per Orbem Othomanum magno plauſu volatum ire, *Taylor* cognoſci poteſt. Non tanti Herois capax Anglia, quod ſuis cum finibus parvum theatrum ſuorum eſſet operum; non Gallia, quam ſuis portentis lucidam reddit; atque nunc etiam non omnis ſufficiens erit Luſitania, ut ſupra jam dicti clariſſimi Domini eminentem, incomparabilemque ſophiam ſtruat, cujus operationes me maxima affecerunt admiratione, quia in praxim vidi deductas ſpeculationes, quæ Auctorum volumina complent,

non

non plus commodi legentibus afferentia, quam illas agentis, ut Dominus *Joannes Taylor*, non parvam invidiam, quem mea ſententia omnium Oculariorum omnino peritiſſimum judico; cum naturæ etiam ſuæ ſcientiæ cedentis livore, quod mihi, ſi opus eſt, ſub gradus mei juramento affirmare perplacet, hujus baſim habendo operationes, quas præſens ſingulari dexteritate, felicique ſucceſſu factas vidi, & ut omnia jam dicam, nam ſic ſolum intelligi poterunt, proſpero eventu, cujus ſpei fama tanti viri erat huic Academiæ Conimbricenſi. Conimbricæ decimo quarto Kalend. Octobris 1738.

Doctor Antonius Joſephus Sylvius, Conductarius.

FRanciſcus Marques de Andrade & Sylva, Ordinis Chriſti Eques profeſſus, Conimbricæque Univerſitatis Auricularius, ſigna in atteſtationibus Domino D. *Joanni Taylor* Medico Oculario Britanno docta, a Lectoribus, Cathedraticis, Medicinæque facultatis hujus Univerſitatis Doctoribus facta eſſe certiorem facio, quæ omnia, nam ſæpe talia ab ipſis fieri vidi, recognoſco. Inſuper multis inter ipſos, dictumque D. *Joannem Taylor* collutionibus, de operationibus ab illo in hanc civitatem geſtis habitis, dictis Cathedraticis primum quoad hoc convocatis, interfui, quæ res ejus eminentiſſimæ ſapientiæ ſingularitatem, quam non ſuperbe, ſed modeſte inter Doctores evulgavit, ne forte ægrotorum commodo poſſibilitatis remedii dubium obſtaret, plus demonſtravit. Omnes etiam (namque cunctis fere operationibus præſens fui) Cathedraticos, Doctores, Medicinaque, ac Chirurgia peritos, ſe neminem Opticæ ſcientiæ, tam in practica, qua arte omnes ingenuitate & dexteritate ſuperabat, quam in theorica, tam doctum nunquam vidiſſe affirmantes, audivi; moxque tanti viri ſapientiæ

fama diffipata, ex civitate, oppidifque vicinis multi infirmi fanandi confluxere; egenos etiam, quos idem D. *Joannes Taylor* (nam præter admirabilem peritiam, nulla cupiditate afficitur) jam gratis curare ftatuerat, Occonomus Thiaræ Epifcopalis redituum adminiftrator ex iifdem reditibus luci reftitutos effe curavit. Omne relatum fub habitus mei juramento affirmo. Conimbricæ decimo nono Octobris 1738.

Francifcus Marques de Andrade, & Silva.

BLafius Nogueira Guimaraens, in hac civitate Conimbricenfi, ejufque fine publicus Notarius, teftimonii fupra pofiti literam, & fignum effe Francifci Marques de Andrade & Sylva, hujus Univerfitatis Miniftri a fecretis, Ordinis Chrifti Eques, certioro. Conimbricæ vigefimo Octobris 1738. in veritatis fidem, & teftimonium.

Blafius Nogueira Guimaraens gratis.

DOctor Emmanuel Monteiro da Fonfeca, Ordinis Chrifti Eques profeffus, fanctæ Inquifitionis Familiaris, in Univerfitate Conimbricenfi Lector Conductarius, hujufque Civitatis Senatus Phyficus, Doctorem *Joannem Taylor* Majeftatis Britannicæ Ocularium in hanc Civitatem a Doctore Vincentio Jofepho de Soufa, & Magalhaens vocatum, cujus domi permultas variis oculorum morbo ægrotantibus operationes facientem vidi, advenifse affirmo, meque pro hujus in Optica fcientia infignis nempe felicem judicavi, qui admirabilem compofitionis, partiumque oculos componentium fingulari practicæ, qua omnes Ophthalmos copiæ profeffores longe præftat, jungens, eidem Doctori Vincentio Jofepho, fi poffibile fuerit, folus medicinam

poterit

poterit adhibere. Hujus excellentiſſimi viri maximam peritiam ſcripta ſua, torolo omnium utilitati patefacta, multiſque rebus hactenus per Auctores non deſcriptis ſpecialia, quæ in ejus libro Gallico idiomate compoſito, cui titulus: *Mechaniſmus ſeu novus tractatus Anatomiæ ſpheræ oculi*, typis hoc anno 1738 mandato, videri poſſunt, manifeſtant. Omne ſupra dictum ſub meorum graduum juramento affirmo. Portucale die decimo tertio Octobris, ſupra ſcripto anno.

Doctor Emmanuel Monteiro da Fonſeca.

OMnibus, quibus hæ literæ venerint, notum certumque facio, quod virtute mandati Excellentiſſimi Ducis Graftonienſis, ſuæ Majeſtatis Cubicularii maximi, mihi directi, Dominum Doctorem *Joannem Taylor* juramentum feciſſe, ac admiſſum eſſe ad occupationem & qualitatem Medici Ocularii ordinarii Majeſtatis ſuæ, tenere, exercere, & potiri dicto officio cum omnibus commodis, privilegiis, beneficiiſque illi pertinentibus. Datum ſub manu mea, ſigilloque meo munitum vigeſimo primo Maii, anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimoque ſexto, Regni autem ſuæ Majeſtatis anno nono.

Henricus Bellender,

Cubicularius Diei.

Locus ✠ ſigilli.

Sanctæ

Sanctæ Inquiſitionis Facultas.

P. M. Fr. Bernardus do Deſterro, ſanctæ Inquiſitionis Qualificator, incluſas papyros examinet, judiciumque ſuum exponat. Ulyſſipone Occidentali 30 Octobris 1738.

Fr. R. Lancaſtr. Abreu.

Eminentiſſime, & Reverendiſſime Domine,

EMinentiæ veſtræ juſſu papyros, de quibus agitur, vidi, & examinavi, nihilque quod fidei, aut bonis moribus obſtet, inveni. Eminentia veſtra, quod ſibi viſum fuerit, judicabit. In Sancti Dominici Cœnobio Ulyſſiponenſi Occidentali 30 Octobris 1738.

Fr. Bernardus do Deſterro.

VIſa inquiſitione, ut inſtrumenta imprimantur, & præſentatæ atteſtationes iterum imprimantur, permittimus. Poſtea vero ut conferantur, facultaſque concedatur, nobis iterum præſententur. Ulyſſip. Occid. 30 Octobris 1738.

Fr. R. Lancaſtr. Abreu.

ORDINARII.

IMprimendi inſtrumenta, & atteſtationes, quæ præſentantur, imprimendi facultatem damus, ſecundoque ut conferantur, licentiaque concedatur, ad nos ferentur. Ulyſſipon. Occidentali 10 Novembris 1738.

Gouvea.

REGIS.

DOminus noster Rex Doctorem Emmanuelem da Costa Archiatrum sententiam suam exponere jubet. Ulyssipon. Occidentali 12 Novembris 1738.

Perier. Teix. Vas de Carv.

DOMINE,

JUbet Majestas vestra, me de Doctoris *Joannis Taylor* inclusis papyris judicium meum manifestare; & facultatis a se petitæ dignum, unumque ex insignioribus qui in hoc regnum pervenere Oculariis mihi videtur. Majestas vestra vero, quod sibi visum fuerit, jubebit. Ulyssipon. Occidentali, 1738.

Emmanuel da Costa Pereira.
Archiatrus.

SAnctæ Inquisitionis, & Ordinarii facultatibus inspectis, ut imprimi possit, permittimus, iterumque ad mensam, ut taxetur, & conferatur, deferetur. Ulyssip. Occidentali 14 Novembris 1738.

Cum quatuor rubricis.

Med. Hist.
WZ
260
T243s
1742